UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi (dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris succinctim complectens

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Qui census sint à Deo ordinati, & quibus personis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Visual Library

2. *Qui cenſus ſint priuato arbitrio conſtituti.*
3. *Quandò ſine peccato exiguntur.*

1. CVm lex naturę exigat, ne quis locu-
tari velit detrimento alterius ideò do-
ctrina de cenſibus maximè notāda e-
Sunt autē primo cenſus, quos diui-
ordinatio & poteſtas inſtituit, ſcilice-
miniſtris verbi Dei, deindè miniſtris Reip. id eſt, ſena-
toribus: Et primò ſacerdotibus & Leuitis conſtitu-
Deus primitias & decimas, tàm de frumentis quā
de animalibus, vt patet Exod. 22. Leuit. 27. Nume.
Deut. 12. Gen, 47. vbi Ioſeph ſacerdotibus conſtitu-
decimas, & liberauit à decimis. In his locis clarè co-
ſtituuntur & deputantur Aaroni & filijs eius decimę
primitiæ, oblationes atq; pecunia. Et in nouo teſta-
mento Luc 10. inquit Chriſtus: Dignus eſt operari-
mercede ſua, & 1. Cor. 9. Qui ſeruit ſacrārio, de ſacra-
rio & viuet. & Gal 6. Is qui catechizatur, communi-
cet ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis. Illis ergo
miniſtris Eccleſiæ cenſus Eccleſiaſtici iure debentur,
vt ſe poſſint ſuſtentare in miniſterio verbi. Deindè
etiam iure diuino debentur cēſus magiſtratibus pro
conſeruanda Repub. Matt. 22. Date Cæſari quæ ſunt
Cæſaris, & Rom. 13. Cui tributum, tributum: cui ve-
ctigal, vectigal. Sic magiſtratibus debetur ſtipendium
tàm pro ſuis perſonis, quàm etiam pro conſeruandā
Repub. id eſt, iudiciorum, miniſtrorum, pacis. &c. Sed
tamen poteſtates penſare debent, ne immodicè one-
rent bona ſubditorum: alioqui peccarent contra Dei
præceptum Exo. 20. Non furaberis, quandò ſine iu-
ſta & neceſſaria cauſa ad Remp. pertinente onerant
populum nouis & immodicis exactionibus, quia po-
pulus habet proprietatem in ſuis rebus, ſicut in hiſto-
ria de Naboth legitur 3. Reg. 21. Vbi rex arguitur cū
grauiſſima pœna filiorum ſuorum, quòd grauaret
ſubditos.

Secundò,